

Band IX., Nr. 4190, Seite 507-508

Kuno von Böhringen vermachte dem Kloster Adelberg alle seine Güter in Böhringen.

Göppingen, 1291. Dezember 14.

In nomine domini. Amen. Ne facta hominum diuturnitate temporum in irritum deducantur, expedit, ut ea, que inter mortales geruntur, ne cum tempore labantur, scripti testimonio confoveri. Quapropter noverint universi hanc paginam inspecturi, quod ego Cūno dictus de Beringen quondam filius Fridrici militis oppidi pretacti de consensu et favore illustris domini mei Eberhardi comitis de Spizemberc contuli ecclesie de Madelberc ordinis Premonstratensis Constantiensis diocesis omnes possessiones meas sive redditus in Beringen et ubicunque locorum sitas iure proprietatis ad me pertinentes, videlicet hominum pratorum pascuarum nemorum et ceterorum reddituum in remedium anime mee sub titulo perpetui testamenti sano corpore sanoque consilio ipsos redditus seu possessiones deinceps libere possidendas hoc adiecto, ut prenotata ecclesia nec non prepositus seu conventus ibidem de debitis meis in quibus me recognosco obligatum et legitime coram me computatis ubicunque requisitus fuero ex donatione per me facta satisfaciant competenter. Quod si ecclesia prefata huiusmodi donationi seu testamento a me collato per qualemcunque privata fuerit, a satisfactione meorum debitorum se noverit absolutam penitus et immunem. In cuius rei testimonium presentes tamquam denuo renovatas et per manus seu litteras nobilis viri comitis de Spizemberc confirmatas¹ conscribi feci et sigillorum strennui viri Ludwici de Stouphenegge militis nec non Bernoldi dicti de Vilsegge, qui predicte donationi sive testamento a me facto intererant, munimine roborari. Huius rei testes sunt videlicet Marquardus de Beringen miles, Sifridus dictus de Siezzen, Eberhardus dictus de Amdun², Duringus frater suus, Liupoldus, Wernherus dictus Moerler, Cunradus cerdo, Albertus dictus Moerlin cives in Geppingen et alii quam plures fide digni.

 Acta sunt autem hec apud Geppingen, anno domini MCC nonagesimo primo, XIX. kalendas Januarii, indictione IIII.³

Textabdruck folgt dem Original (italienisches Perg.).

 Noch das erste Siegel, dasjenige Ludwigs von Staufeneck, beschädigt, s. Bd. 8 S. 465.

¹Vgl. vorhergehende Urkunde WUB, Bd. IX, S. 506f, Nr. 4189.

²Ohmden, Ohmden, ES.

³Nach der indictio Romana.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 503 I U 514

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Göppingen

Ortsindex:

Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)
 Adelberg - Kloster, Adelberg, GP
 Filseck Aufgegangen (34442)
 Filseck, aufgegeg. in Uhin-
gen GP
 Göppingen Wohnplatz (723)
 Göppingen, GP
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Ohmden Wohn-
platz (433)
 Ohmden, ES
 Spitzenberg (Burg) Wüstung (21678)
 Spitzenberg (Burg), Kuchen, GP, W
 Staufeneck Wohnplatz (813)
 Staufeneck, Salach, GP
 Süßen Wohnplatz (823)
 Süßen, GP
 Unterböhringen Wohnplatz (584)
 Unterböhringen, Bad Überkin-
gen, GP